



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 109. Bolsecus ex Genevensis Reipublicæ ditionibus pulsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

ne ad finem vergente derepente profiliit, Sæcul. XVI.
A C. 1551.
atque ex Sacræ Scripturæ, ac D. Augustini testimoniis, quæ tamen ipse perperam ad suos errores detorquebat, novum hunc Præconem refellere aggressus est.

§. CIX.

Bolsecus ex Genevensis Reipublicæ ditionibus pulsus.

Nec his Calvinus erat contentus, sed insuper ex Magistratu quemdam, qui huic Concioni intererat, eo adigebat, ut Bolsecum carceri mandari juberet. Verum utriusque causa maturius discussa datis etiam ad Helveticas Ecclesias literis earum sententiæ rogabantur, illis vero mentem suam hac super re pandentibus, Bolsecus tanquam seditionis, ac Pelagianæ Sectæ reus, & convictus a Genevensi Senatu declarabatur, atque ob hæc crimina e Reipublicæ ditionibus exulare jubebatur, indicta quoque publicæ fustigationis pœna, si eo reverti præsumeret. Lata est hæc sententia die vigesima tertia Decembris Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo: Itaque Bolsecus ad vicinum quemdam locum Bernensis Pagi imperio obnoxium secedere compellebatur, cum vero ibidem palam enuntiaret, quod Calvinus

Hist. Eccles. Tom. XLI. O Deum

Sæc. XVI. Deum peccati auctorem ediceret, in
A.C. 1552. quo sane nullam Calvino calumniam
 impegemat, hinc idem hæresiarcha
 quosdam ad Bernenses ablegabat, ut
 iis præsentibus causam suam agere
 permetteretur; verebatur enim Calvi-
 nus, ne ejusmodi accusatio a suo ad-
 versario detecta, Bernenses a pristino
 in eum affectu avocaret. Verum hi cir-
 ca ejus doctrinam judicium ferre, aut
 declarare, an vera esset, vel falsa, re-
 nuebant, in hoc solo Calvini precibus
 deferentes, quod Bolsecum ex Pagi
 sui finibus excedere juberent. Hinc
 etiam mandato morem gerens Bolsecus
 in Franciam rediit.

§. CX.

*Catalogus librorum hæreticorum a
 Facultate Theologica damnatorum.*

Argentre
Collect. jud.
tom. 2. p. 164. Interea Facultas Theologica conventu
 habito librorum prohibitorum Cata-
 logum, de quo alibi mentionem feci-
 mus, die sexta Octobris hoc anno ap-
 probabat. Horum librorum discussio
 septem omnino annos tenuit, tandem-
 que censuræ initium dabatur a quadam
 præfatione, in qua libros perversos ab
 utilibus segregandi necessitas exponen-
 batur, ut exinde fideles dignoscere va-
 lerent, quæ tuto perlegere, quæve de-
 clinare